

tione vileſceret, nullo opus privilegio fuit, neque vt credo, erit, ſi de maioribus loquamur Ordinibus: pro Minoribus autem facilius poterit indulgeri: licet in Concilium Limentium ſecundo Parte 2. Cap. 74. caveatur ne aliquis Eccleſiaſticus Ordo eiſdem conferatur. Sed cum communis Doctorem ſententia fit Tonſuram non eſſe Ordinem, exiſtimare quiſpiam poterit non eſſe Canone dicto comprehenſam, & poſſe ijs conferri, qui Eccleſiæ ſervitio ſe dedicant, vt nouæ iſtæ Eccleſiæ plantæ ab Eccleſiaſticis gradibus non penitus arceantur. Quod quidem Prælatorum eſt prudentiæ relinquendum, qui circumſtantijs inſpectis poterunt quod ſibi bene viſum fuerit agere, cum nulla aliàs prohibitio extet, vt videri poteſt apud Dom. Solorzanum Tomo 2. Lib. 3. Cap. 20. num. 1. & ſeqq. & in Politicâ Lib. 4. Cap. 20. de quo & Lib. 2. pag. 242.

Privilegiū Nicolai III. ad conferendum Tonſuram & Minores Ordines.

An ſit per Tridentini reuocatum circa quod diuerſe ſententia.

Privilegia alia pro eodem.

Privilegiū Adriani VI. pariter ordoſe.

ornamentorum benediſtionem, & aliorum pro vſu Altaris ſeruiendum, & etiam, vt hoc etiam demus, ad Confirmationis Sacramentum. Privilegium autem Leonis X. temporale & valde limitatum fuit, vt non ſemel admonui. Vide tamen num. 385. Privilegiū autem Nicolai III. nullus ex citatis meminit, cum tamen amplius & expreſſius ſit: ſicut neque privilegiū Innocentij IV. pro eodem conceſſi Patribus etiam Prædicatoribus, de quo & nos ſupra, & habetur apud Emmanuelem Rodericum in Bullario, Bulla 19. citati Pontificis, vbi & de Indiſis mentio fit, ſicut & in aliâ citatâ, licet India tunc temporis non eſſent detectæ, quia de antiquiore India erat fermo, cuius frequens apud Auctores mentio, ſicut & Indi fluminis, à quo ſic dicitur compellata. Et ex doctrinâ Auctoris eiſdem colligi poteſt privilegia dicta non fuiſſe per Concilium reuocata iuxta ea, quæ habet Tomo 1. q. 99. regul. q. 35. art. 1. eò quòd Pius V. conceſſit Mendicantibus vſum privilegiorum, etiam eorum, quibus per Concilij reuocationem vt non licebat. Licet autem Gregorius XIII. conceſſionem iſtam reuocauerit, non videtur de iis locutus privilegijs, quibus Indiſi Miniſtri ſuebantur. Cum enim de infidelium conuerſione, & conuerſorum manutentione tractetur, pro quo quotidie varia privilegia contra Tridentini Decreta conceduntur, non eſt credibile Gregorium zelo propagandæ fidei præſtantiffimum, adimere voluiſſe illa, quæ pro effectu dicto fuerant à diuerſis Pontificibus attributa. Circa quod & nos ſupra philoſophati ſumus num. 344. & hinc eſt P. Pellizarium ſupra de privilegio iſto vt de valido loqui, & minimè reuocato: vnde negari nequit quin ſit probabile talem eſſe in Prælatiſ Regularibus poteſtatem: vbi ſcilicet Episcopii non ſunt, neque citò ſperantur adfuturi. Quamquam in illius vſu neſcio an ſit conuenientia alicuius momenti futura, cum tamen rebus vt nunc ſtantibus, inconuenientia potius non leuia poſſint pertinere.

Et minus Leonis X.

Aliud Innocentij IV.

Post Concilium vni habere, nec reuocacione Greg. XIII. obſtare pro Indiſi.

Quid circa vſum.

Recente conuerſi conferre an poſſint & Regularibus ſibi ſubiectis. Circa quod ſententia negant.

Aſſertiuæ præſertur, & probatur.

371 An verò ſtante prædictâ facultate conferendi Minores Ordines conuerſis, ea poſſit ad ſubditos Regulares extendi, inquit P. Pellizarius, & reſpondet num. 181. videri non poſſe, niſi forte & ipſi ex conuerſis eſſent; quia privilegia non debent extendi vltra intentionem concedentis ſufficientibus verbis expreſſam; quod in præſenti accidit; immò oppoſitum videtur deduci ex ſine conceſſionis, videlicet ob promouendam conuerſionem. Sed contrarium ſatis verofimile apparet, quia cum ſic conuerſi, ſi in Religionem admittantur, eo ſui beneficio poſſint: maxima eſſet diſſonantia in eo quòd alij, in quibus maior eſt ſufficientia, illo gaudere non poſſent. Sunt quidem privilegia aliqua nouiter conuerſis conceſſa, quibus ſui antiqui Chriſtiani nequeunt: illa tamen differentia ex eo accidit quòd antiqui Chriſtiani robuſtiores ſunt ad onera Eccleſiaſtica præceptorum portanda, ad quæ nouiores eſſe imbecilles ſolent, vt in ieiunijs, obſervatione feſtorum, matrimonijs, & alijs eſt videri. Privilegium autem, de quo agimus, alterius generis eſt, in quo præcipue dignitas perſonæ ſpectatur, quæ pro ordinatione à ſacris eſt Canonibus conſtituta. Cum ergo Religioſi ex antiquâ Chriſtianorum progenie digniores ſint nouiter

nouiter

nouiter conuerſis; diſſonantia magna eſſet, vt dixi, ſi his beneficio dicto gaudentibus, illo in Ordine ad ipſum repulſum paterentur. Præterquam quòd Religioſi tales in partibus illis, vbi de conuerſione agitur, conſiſtentes, ad eam cooperaturi cenſentur, & ita conuerſis beneficium ex ordinatione, quatenus ad illud diſponunt, ſunt aliquo modo collaturi. Et indignum videtur, vt Miniſter Euangelicus eo priuetur Apoſtolicæ Sedis beneficio, cuius eſt in alijs instrumentum: cum aliàs ſic Ordinatus poſſit melius & dignius Euangelicæ prædicationis munus exercere. Hoc ergo non videtur improbandum.

Privilegiū Vrbanij VIII. pro Iaponiâ quomodo ſuffragetur.

P. Quintana.

372 Quia etiam Vrbanus VIII. Euangelicis miniſtris in Iaponiâ durante præſenti perſecutionis ſtatu conceſſit Sacramenta (Ordinem tamen Episcopalem non requirit) etiam Parochialia miniſtrare, vt vidimus ſupra. Dubitari item poteſt an ſub conceſſione huiusmodi Tonſura, & Ordines minores veniant. Circa quod ita ſcribit P. Quintana. Tomo 2. Tract. 6. Singulari 4. num. 8. Ordinum minorum collationem, cum adeò neceſſarij non ſint ad hunc finem, & pro perſecutionis tempore, nec (iuxta veriore ſententiam) Sacramenta hic non committi probabilis exiſtimo. Sic ille, probabiliter quidem contrarium cenſens, dum ſuum placitum probabiliter reputat. Fundamentum autem quatenus ex eo delimitur, quòd Ordines dicti Sacramenta non ſunt, minus eſt firmum: Sacramenta enim eſſe probabiliffimum eſt, vt oſtendi Tomo 2. Theologicorum Problematum, circa Sacramentum Ordinis. Quod autem de non neceſſariâ ad effectum, pro quo eſt facta conceſſio, huiusmodi facultate aſſerit, ijs eſt conforme, quæ à nobis dicta ſunt num. 370. circa Adriani conceſſionem. Sed certè ſicut de præſenti privilegio dictus Pater cenſet, de Adriani, in quo conceſſio & exceptio ſimilis, cenſere pariter debuiſſet. Vtrumque ergo æquè videtur eſſe probabile, attemptâ tantum conceſſione Adriani. Cum autem illa, & aliæ, quas adduximus, ſuſtineri adeò verofimiliter queant, pro Iaponienſibus Miſſionibus maxime ſuffragantur: vnde quod minoris probabilitatis ex conceſſione Vrbanij videtur habere, ex alijs poteſt abundè ſuppleri, ſi attento rerum ſtatu vſus expediens videatur.

Aliud Innocentij X. pro Ordine ante certâ ætatem conceſſum Societati.

Ad omnes ſacros Ordines extendi.

373 Eſt inſuper privilegium aliud pro Indiſis circa Ordinem conceſſum, de quo num. 152. & licet Indorum directè non ſit, de illo hic aliquid adnotandum. Conceſſerunt illud Pontifices aliqui, ſed temporale, ſicut & temporale eſt, quo fruimur modò, & in Bullâ extat Innocentij X. his verbis: *Ac cum ſuis Regularibus (Societatis ſcilicet) vt ad ſacros etiam Præbyteratus Ordines per annum ante legitimam ætatem promoueri poſſint, diſpenſare valeant, ſimiliter concedimus.* Sic Pontifex. Cuius conceſſionis planus videtur eſſe ſenſus, vt ſcilicet quilibet Ordo ſacer ex diſpenſatione Superiorum per annum ante legitimam ætatem ſuſcipi poſſit. Particula enim *etiam* in conceſſione appoſitâ, caſum magis dubitabilem exprimit, vt per varios Textus & Doctores oſtendit P. Quintana. Tomo 1. Tractat. 3. ſingulari 25. numer. 4. & vt deſſet illa, tenor ipſe conceſſionis idem oſtendit: cum enim Pontifex de omnibus ſacris loquatut Ordinibus, ad omnes eſt extendenda conceſſio, in quibus eadem ratio eſt; immò & in

prioribus maior, quàm in Præbyteratû, qui, vt nomen ipſum indicat, ætatem exigit maturiorem.

374 Propter quam rationem Religioſi aliqui privilegio iſto ſui tentarunt, communicationem generalem allegantes, quod tamen à Prælatiſ obſtinere minimè valuerunt. Volebant illi expleto anno vigefimo, & vigefimo-primo inchoato, Subdiaconatum recipere, & vno plus anno Diaconatum. Sed Episcopii communicationi huiusmodi nihil deferentes, quod in Bullâ non videbant expreſſum, neque conceſſum agnoſcebant. Præterquam quòd modus ille anticipationis in omnibus ſacris Ordinibus diſſonus videbatur, & extra receptum ſtylum. Quæ quidem abſolute loquendo tolerabilia non ſunt; ſic enim Summi Pontificis privilegio concedentis non parùm videtur auctoritati derogari. In caſus tamen contingentiâ occurrere rationes poterunt, ad ſimilem negationem: præſertim quia videri eis potuit in Societate ſpecielem aliquam rationem extare, ob quam privilegium dictum fuerit ipſi conceſſum; quâ non extante in alijs, non debet communicatio eiſdem admitti. Pro quo & Ioannes de la Cruz in Epitome ſtatus Religioſi in Indice verb. *Privilegium*, vbi ait quòd gratiæ Monafterio conceſſæ vnus Ordinis extenduntur ad alia eiſdem Ordinis, & ſic ad omnes Ordines. Sed intelligitur exiſtente eadem cauſâ: nam privilegia conceſſa Religioſiſ Indiarum non extenduntur ad Religioſos totius Ordinis, quia ſpecielem attendunt rationem in illis partibus. Ita Clemens VII. in Compendio Minorum Conceſſione 19. Quæ eſt etiam aliorum doctrina, vt ſuperius vidimus. His accedit privilegium dictum à Societate impetratum vt ipſi iuxta propriam agendi rationem deſeruiret. In illâ autem numquam accidit vt quiſpiam anticipatione illâ annorum pro omnibus Ordinibus, initiatur, ſed finitis ſtudijs, vnde & pro non ſeruandis interſitijs privilegia etiam ſpecialia ſunt eidem impartita. Cum ergo communicatio non plus conferat quàm privilegiario directo conueniat, quia eſt adinſtar, vt aliàs dictum; non debet eſſe mirum ſi Prælati hoc modo conceſſionem dictam intellexerint, & ita iuxta Religioſorum operati non fuerint voluntatem. Iam ad alia.

Religioſi alijs vt fruâ eo licent.

Non extare eandem rationem in illis, que in Societate, vnde videtur communicatio locum non habere.

CAPVT XIV.

De Privilegijs Indorum circa Sacramentum Matrimonij.

SVnt illa nec pauca, nec leuia, vt ex Compendio, & Bullis conſtat, & ita pro illis

375 Dico primò. Indi vt matrimonium contrahant, non obſtante cognitione vltra ſecundum gradum tranſuerſalem, aut affinitate, nullâ indigent diſpenſatione, iam enim illâ generaliter potiuntur. Sic Mag. Alphonſus à Veracruce, quem adducit Fr. Ioannes Baptiſta in Animaduerſionibus pro Confefſarijs Indorum Parte 1. Fol. 38. Pag. 1. in hunc modum loquentem: *A la primera duſda digo, que ſin tomar la Bulla los Indios ſe pueden caſar en el tercero y quarto grado, como antes.*

Aſſertio t. Indos non egere diſpenſatione vltra ſecundum gradum.

La



Mag. à Veracruce.

La razon de eſto es porque eſto ya entre los Indios es comun derecho, y la tal Bulla, que diſpenſa en el contraher matrimonio en tercero y quarto grado, no es priuilegio, ſi no Extrayagante, y de derecho. Yaſi como lo fue quando eſtaban los grados del matrimonio eſtendidos à ſiete grados, los quales ſe reduxeron à quatro por Innocencio Tercero; lo miſmo hizo Paulo Tercero en eſtos Indios, que los reduxo al primero y ſegundo. Y eſto que aqui digo no es ſolo opinion mia, ſino tambien aueriguada con otros muy doctos aqui, y en Eſpaña, y conſultada, y admitida por el Señor Arzobispo Don Pedro Moya de Contreras. Sic ille. Circa quod aliqui ob conſeſſionis ignorationem Indos ſolent ad oneroſas diligentiſſimas compelleré, quod & in Parochiſ ac Prælatiſ ipsis non ſemel deprehenſum. Pro conſeſſione alia Gregor. XIV. vide Cardinal. Lugo in Reſponſis Moral. Lib. 6. Dub. 5. qui alios adducit.

Aſſertio 2. intelligitur in linea tranſuerſali.

376 Dico ſecundò. In gradibus lineæ directæ aſcendètiũ ſcilicet, & deſcendètiũ, non videtur admittendũ, quod præcedenti eſt Aſſertione probatũ. Id probat quia licet Pontifex circa hoc, diſcrimen non videatur ſtatueré, ita tamen eſt recepta conſeſſio, neq; oppoſitum vnquam præctatum; immò neque de præxi aliquando cogitatum. Et quidem vix ratio occurrere poteſt, quæ conuenientiam aliquam in huiuſmodi matrimoniis oſtendat, vt facultas generaliter debeat cenſeri conſeſſa, vbi plurimi Doctores ſunt aſſerentes talia matrimonia eſſe iure naturæ illicita & inualida, vt videri poteſt apud P. Thom. Sancierum, qui eorum agmen valde numeroſum congerit Lib. 7. de Matrim. Diſp. 51. n. 12. Sed de eo ſtatim Aſſert. 4.

Aſſertio 3. extenditur ad directos in eſſeſſitate.

377 Dico tertio. Reſolutio Aſſertionis primæ ad gradus aſſinitatis in lineâ rectâ extendi poteſt. Itaque Indus coniungi poteſt nepotiſ vxori eo mortuo, & Inda nepotiſ ſux marito, aut è contrâ; ſi aliunde impedimentum non ſit, & ita in ſimilibus. Ratio eſt; quia conſeſſio generaliter procedit & in hoc ea non apparet indecentia, quæ in conſanguineis lineæ rectæ ob ſanguinis euſdem participationem. Itaque ſi Indi, & alij ſimili prærogatiuâ gaudentes, eâ vt velint, prohibendũ non ſunt, niſi ratio aliqua ſpecialis occurrat, de quâ iuxta caſus contingentiã iudicandum.

Aſſertio 4. non ſeparat ad conuerſos in gradibus iure naturæ nò prohibiti coniuat.

378 Dico quartò. Si Indi ante Baptiſmum, coniugium inierint in gradibus iure naturæ non prohibitis, neque per eorum leges, ita vt apud eorſdem, licet illicita, non tamen inualida cenſeantur, non debent poſt Baptiſmum ſeparari. Sic communiter Doctores, & ratio eſt clara; quia coniugium tale validum fuit iure naturæ & ciuili apud Gentes illas: coniugium autem legitimum indiffolubile eſt, & ita Eccleſia nequit illud, ſtante voluntate coniugum permanendi in illo, vllatenus irritare. Leges enim illius non ligant ipſos, quia extra eamdem ſunt, neque intra eamdem iam per Baptiſmum receptis, retrotrahi ad tempus inhabile poſſunt.

Iuxta probabiliores opiniones in eo ſauiorabiliſſer procedendum.

Quia verò circa gradus iure naturæ prohibitos valde diuerſæ Doctorem ſententiæ ſunt iuxta earum probabilitem, ita eſt in hac cauſſa procedendum, vt voluntati Neophytorum quantum poteuerit deferatur. Hoc enim vnũ fidei impedimentum maximum eſſe ſolet, quod ex monogamiã oritur, vnde vt illa ſtatui ſuauiſſer poſſit,

conuiuendum eſt paruulorum iſtorum deſiderio, quatenus illud per probabiles potuerit ſententiã regulari. Eſt ergo ſatis probabiliſ illa, immò & probabilior, vt exiſtimat P. Thomas Sancier ſuprà, numer. 19. quæ aſſerit in ſolo primo gradu aſcendètiũ & deſcendètiũ eſſe ita interdictum coniugium iure naturæ, vt irritum ſit eo attento inter ſolos parentes & filios. Quod quidem magnum habet fundamentum in D. Thomæ doctrinâ 2. 2. q. 1. art. 9. ad 3. vbi quidquid indecentiæ circa hoc haberi poteſt, ad conſuetudinem, & legem humanam reducit, & tenent multi & grauiſſimi Doctores apud P. Sancierum citatum: quibus addendi Bonacina Tomo 1. Queſt. 3. de Matrimonio, Puncto 5. §. 1. num. 8. Diana Parte 8. Tractat. 1. Reſolut. 69. Caramuel in Theologiâ moralis, num. 543. Baſilius Legionenſis Lib. 7. de impedimentis Matrimonij, Cap. 81. num. 6. Baſſæus verb. Matrimonium 7. numer. 23. P. Filliucius Tomo 1. Tractat. 10. Parte 2. Cap. 1. numer. 180. P. Palauſ Tomo 5. Diſputat. 4. Puncto 7. num. 7. licet non penitus ſecundum excludat. P. Bauny Tomo 1. Tractat. 1. 2. Queſt. 1. de impedimento cognationis. P. Reginaldum negantem illicitum eſſe adducit Bonacina ſuprà, ex Lib. 31. num. 140. §. Aduerte tertio. Sed circa ſecundum gradum aliter videtur ſentire num. 119. vt omittam alios, quos citari adducunt; addentes infideles ſic coniuatũ, cum ad fidem veniunt, non eſſe ſeparandos; ſi id ægrè ferant, & futurum ſit illud recipiendũ fidei obſtaculum, aut minùs in eâ proficiendũ. Ad hoc ergo non habent illi opus priuilegio.

379 Prætereã, valde probabiliſ ſententia eſt in lineâ tranſuerſali nullum eſſe impedimentum iure naturæ aut diuino, quod diuerſum eſſe à iure naturæ nequit; quia quod in lege veteri, iam ceſſauit; in noua autem aliud non eſt, niſi quod pro Baptizatiſ Eccleſiã ſtatuit, & infideles non tangit, vt bene obſeruat cum alijs P. Thomas Sancier ſuprà, Diſput. 52. num. 2. Itaque coniugia fratrum cum ſororibus iure naturæ licent, & apud Peruuianos in vſu fuerant, præſertim apud Reges, vt Regium genus hoc pacto illuſtriſ haberetur, ſicut & apud Reges Mexicanos, & incolæ prouinciæ de Vera-pacè: pro quo videri poteſt Fr. Ioannes de Torquemada Parte 2. Monarchie Indica, Lib. 13. Cap. 11. vbi de Peruuianis negat; ſed apud Reges in more fuiſſe certis fundamentis compertum habetur: immò & apud alios, vt ex Concilio Limenſi colligitur, de quo ſtatim. Sententiam dictam tenent plures, quos adducunt & ſequuntur Baſilius Legionenſis ſuprà, Cap. 32. num. 3. & ſeqq. Diana Parte 4. Tract. 4. Reſolut. 93. & ſuprà, Reſolut. 70. Quidquid habeat Parte 11. Tractat. 8. Reſol. 63. ex Cardinali Lugo Diſput. 16. de Penitentiã, num. 145. Franciſcus Ramus in Allegatione ſpeciali de hac quaſtione. Caramuel ſuprà, numer. 544. P. Bauny Queſt. 2. P. Gaſpar Hurtadus Diſput. 17. de Matrimonio, Diſſcult. 5. P. Ægidius Diſput. 32. num. 19. P. Tannerus Tomo 4. Diſputat. 8. de Matrimonio, Queſt. 4. Dub. 4. num. 59. & 60. Adducit etiam complures P. Thomas Sancier Diſputat. 52. citatã, num. 10. Quidquid dixerit Sotus, cuius aſſertio non videtur P. Amico diſplicere Tomo 9. Diſput. 16. n. 33. Vbi ait hanc ſententiam eſſe valde probabilem, ſicut & P. Fragoliſ Tomo 3. Lib. 10. Diſput. 22. §. 3. num. 36.

Inter ſolos parentes & filios eſſe irritum matrimonium iure naturæ.

In lineâ tranſuerſali nullum tale impedimentum.

In conſequentia affirmatiuum in ſecundo gradu aſcendètiũ.

Nullum aſſinitatis gradum eſſe iure naturæ prohibitiũ, vt irritans matrimonium probabiliſ ſententia multorum.

num. 36. addens cum eodem ſic conuerſos non eſſe ſeparandos, ſi id ægrè ferant, quod & Veracruz & Vega apud eundem aſſerunt. Tenent etiam P. Palauſ ſuprà num. 11. P. Martinus Perez Diſput. 28. de Matrimonio Sect. 5. & debent certè tenere quotquot de ſecundo conſanguinitatis gradu dudum in aſcendètiũ vidiſſe tenuiſſe. Maior enim reuerentia auis debetur quàm fratribus, & ita videmus fratrum coniuatũ eſſe familiariffimum, vt minùs videatur dedecere ſororem ſupra corpus fratris poteſtatem habere, quàm neptem ſupra corpus aui. Quæ enim neptis ab auo non verecundetur petere debet; quod tamen in ſore non ita accideret, conſuetã fratrem familiũs contraſtare? Si ergo, non obſtante reuerentiã illã, validum eſt coniugium, multò id videtur certius in coniugio tranſuerſaliſ coniuatũ, quicunque illi fuerint. Quod ergo in Concilio Limenſi Tertio dicitur, vt coniugia inter fratres, cum ad Baptiſmi gratiam peruenerint, rata non habeantur, ſed quicunque ita coniuati fuerint, reperti ſeparentur. De quo & Concillium ſecundum Cap. 38. iuxta probabilem ſententiam procedit, & ita non videtur generaliter, neque pro foro conſcientiæ, obligare.

380 Eſt in ſuper ſatis communis, & valde probabiliſ ſententia, quæ aſſerit ex aſſinitate in quocunque gradu ſiue tranſuerſa lineæ ſit, ſiue etiam rectæ, non oriri impedimentum, ex quo irritum matrimonium naturæ iure reddatur, quidquid de indecentia aliqui ſit. Sic tenent quamplures, quos adducit P. Thomas Sancier ſuprà Diſputat. 66. numer. 7. Bonacina Queſt. 3. citata Puncto 12. n. 7. & ſeqq. Baſſæus verb. Matrimonium 7. numer. 72. Caramuel num. 591. Baſilius Legionenſis Lib. 7. Cap. 34. P. Gaſpar Hurtadus Diſput. 20. Diſſcult. 3. & 4. P. Bauny. §. de impedimento aſſinitatis. verſ. Oppoſita tamen. Cardin. Lugo in Reſponſis moral. Lib. 1. Dub. 4. numer. 1. P. Amicus ſuprà Sect. 2. P. Meratius Tractatu de Matrimonio Diſput. 9. Sect. 13. P. Eſcobar de Mendoza in Theologia moral. Tract. 7. n. 94. vbi tantũm ait eſſe probabile dirimere matrimonium iure naturæ in primo gradu, quaſi de probabilitate alterius nequeat dubitari. P. Martinus Perez Diſput. 31. Sect. 3. num. 6. Diana Parte 4. Reſolut. 93. citata & Parte 8. Tract. 1. Reſolut. 67. & 68. & alij. Sic ergo coniuati, cum conuertuntur, in ſuo ſunt relinquiendũ coniugio, ſi nequeunt ad ſeparationem in primo gradu rectæ lineæ conuenienter induci. Circa quos quidem caſus admonet Pater Laymam Lib. 5. Tract. 10. Cap. 5. numer. 3. conſultiũs eſſe adire Pontificem: vbi quidem ſpecialiter loquitur de coniugio inter fratres & ſorores. Vbi cum conſultiũs dicat, conuenientiam talis aditionis oſtendit, ſed non obligationem. Et quidem admonitio talis pro Indiſ videtur inutilis, in quarum remotiffimis regionibus qui conuertuntur, nequeunt reſponſum per tot temporum ſpatia venturum expeſtare. Pro re ergo nata iuxta probabiles ſententiã agendum: licet de conuenientia conſultationis dictæ pro caſibus eius generis, quatenus occurrere poſſunt, in poſterum, nequeat dubitari, & ad hoc, vt dixi, non eſt opus priuilegio. Poteſt quidem inter fideles matrimonium fratris & ſororis tolerari, qui ignorent ſe Theſauri Indici Tom. II.

eſſe tales, eo quòd nequeat eius diſſolutio ſine graui inconuenienti tentari: pro quo ſingularem cauſam adducit P. Comitoliſ Lib. 1. Reſponſorum moralium. Queſt. 112. Ex quo ſit inter infideles, vbi pro eius valore, & rationum pondus & ſcriptorum militat auctoritas, magis eſſe tolerabile, vt cum ad fidem veniunt, non debeat illud penitus improbari. Neque vrgent, quæ Cardin. Lugo adducit ſuprà num. 4. & ſeqq. quia hic de diſpenſatione non agimus, ſed de tolerandis coniugiſ contractiſ ab infidelibus. Concillium autem Limenſe, ex quo ille arguit, probabilitatem ſententiæ non tollit, ſicut neque declaratio Pauli Quarti, quorum deciſio generalis eſt & non tollit quin in caſu particulari id poſſit fieri, quòd eſt à nobis comprobatum.

381 Iuxta hæc ergo priuilegium Pauli Tertij, quòd habetur in Compendio Indico verb. Diſpenſatio §. 5. abſolute neceſſarium non eſt, ſed ad tollendam dubitationem omnem impetratum. Habetur in Bulla euſdem, quæ incipit. Licet debitum, cuius verba ſunt: & cum iſ, qui ab infidelitate conuertuntur, & in locis remotiſſimis, in gradibus non licitiſ, tamen lege diuina non prohibitiſ, matrimonia contraxerunt, vt in euſdem manere poſſint diſpenſare. Sic Pontifex. Cum enim matrimonia dicta non ſint contracta in gradibus diuinã lege prohibitiſ, iuxta probabiles valde ſententiã, non videtur eſſe opus diſpenſatione, quia in illiſ nihil contrarium eſt dogmatibus Catholicis. Niſi dicamus Eccleſiam poſſe ſic coniuatos ad Baptiſmum non admittere, niſi ſe illiſ legibus hæc in parte velint conformare: quòd dum non facit, ſed benignè ſuſcipit, videri diſpenſare. Sicut enim illi probabiliter in coniugio permanere poſſunt, ita & Eccleſia probabiliter de inualiditate eorum iudicare, & ſic ſeparationem reuertiſ ingreſſum prohibere. Sicut prohibet polygamiam in polygamia perfeuerare volentibus; cum tamen polygamiam non eſſe contra legem naturalem, graues ſcriptores teneant, vt videri poteſt apud P. Thomam Sancierum Lib. 7. Diſputat. 80. num. 5. & licet ad hoc vt Eccleſia polygamiam non admitat in iſ, qui conuertuntur, aſſerri pro ratione adequatã poſſit præceptum poſitiuum Chriſti, qui Mathei 19. matrimonium ad primæuum ſtatum reduxit, in quo vnica tantũm licebat vxor, id quidem non eſt certum ad infideles extendi: & ita apud illos polygamiam eſſe licitam tenent Abulenſiſ in citatum Caput Mathei.

Priuilegiũ Pauli III. non eſt abſolute neceſſariũ.

Illuſtatio.

Quomodo habere rationem diſpenſationis videtur: vbi ex polygamia arguitur iure naturæ non permiſſa, & tamen non tolerata ab Eccleſia.

Lex monogamia inſideles non obligare qui conuertuntur & de probabilitate ſententiæ.

Cap. Gaudemus.

382 Quomodo habere rationem diſpenſationis videtur: vbi ex polygamia arguitur iure naturæ non permiſſa, & tamen non tolerata ab Eccleſia. Quomodo habere rationem diſpenſationis videtur: vbi ex polygamia arguitur iure naturæ non permiſſa, & tamen non tolerata ab Eccleſia. Quomodo habere rationem diſpenſationis videtur: vbi ex polygamia arguitur iure naturæ non permiſſa, & tamen non tolerata ab Eccleſia.